



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XCV. Schreiben des Markgrafen Otto an die Aebtissin zu Quedlinburg,
worin er erklärt, daß die Beschädigungen, welche das Stift durch Heinrich
Schenck und die von Gattersleben erfahre, ohne sein ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

spe illius gratie et fiducia, quod nos ad aliorum bonorum nostrorum recuperationem adiuet studiosius sicut possit. Nos etiam faciemus de aliis bonis, ad ipsum castrum et ciuitatem spectantibus, que a domino Duce Saxonie habere dignoscimur in p̄hedo, quod ipsi Domino nostro expediens videbitur et consultum. Preterea quam primum dominus Marchio predicta omnia sibi a nobis dimissa fuerit consecutus, de nostra parte statuemus tres viros, quos viderimus nobis aptos, et de Domini Marchionis parte similiter tres statuentur, quibus omnibus Dominus Havelbergensis vel alter Episcopus aut alter religiosus, si Episcoporum copia haberi non poterit, adiungetur supremus, qui nostra in qua nunc constituti sumus necessitate inspecta, uisisque Domini nostri Marchionis laboribus, promocionibus et expensis, pro nobis in ipso negotio faciendis, considerato etiam, si nos per eundem in nostris bonis expediti fuerimus et promoti, secundum Deum inter ipsum et nos ordinent et disponant moderando vel augmentando, quid ipsi pro bonis sibi dimissis faciendum aut etiam nobis fuerit acceptandum, quod tam ab ipso et suis quam a nobis et nostris heredibus obseruabitur indesse. Acta sunt hec et consummata in Sandowe, ex certa nostra et heredum nostrorum scientia et consensu, in presentia venerabilis patris Domini Havelbergensis Episcopi Heinrici, et Richardi Domini de Frisach, nostri soceri, quorum etiam sigilla una cum nostro sigillo pro firmitate majori huic decreuimus litere apponenda, adhibitis aliis testibus ydoneis, Auerico de Grabowe, Cunrado de Osterborch, Vlrico de Cruge, Bernardo de Inffleue, Johanne de Buc et aliis quam pluribus, anno domini M^o. CC^o. LXI^o. III. Nonas Septembris.

Nach dem Original des K. Geh. Cabinets-Archives, 420. Nr. 3. — Vgl. Gercken Cod. III, 77. — Im Jahre 1270 am 12. Febr. überließ Pribezlaus, dei gratia Dominus in Wolin, dictus de Slauia, den Grafen Günzel und Helmold von Schwerin, welche die Tochter des erstern in ihr Haus aufgenommen hatten, alle seine Ansprüche auf Parchim, wie die Grafen es damals noch in Besitz hatten. Rudloff Cod. dipl. Me-galopol I, 59 — 62.

XCIV. Schreiben des Markgrafen Otto an die Abbtissin zu Quedlinburg, worin er erklärt, daß die Beschädigungen, welche das Stift durch Heinrich Schenk und die von Gattersleben erfahre, ohne sein Wissen und gegen seinen Willen geschähen, vom 12. November (1261).

Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, Reuerende in Christo Domine Abbatisse in Quedelinghenborch paratam ad queuis ipsius beneplacita voluntatem. Si Henricus Pincerna vel sui complices vobis vel ecclesie vestre aliqua faciunt dampna, hoc dolemus: neque idem est castellanus noster in aliquo nostro loco, nec potens aliquarum nostrarum munitionum. Et si illi de Gatersleue vos dampnificent, non est de nostro scitu, quod verum est. Sed si possemus vobis cooperari ad rehabenda vestra bona, hoc libenti animo faceremus. Vnde quicquid per tales vobis dampni est perpetratum, contra nos et

nullo modo de nostra extitit voluntate. Datum Spandowe, die Sabbathi proxima post Martini.

Nach Erath, Cod. Quedl. p. 220. — Dieses Schreiben ist ohne Angabe des Jahres, gehört jedoch vermuthlich in das Jahr 1261, da wir aus einer andern Urkunde vom 21. November 1261 (Hidicin's Beitr. II, 1.) erkennen, daß der Markgraf Otto sich im Jahre 1261 im November zu Spandau aufhielt.

XCVI. Vertrag des Präceptors des Tempelherrn-Ordens in Deutschland und im Wendenlande mit den Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg über die Besitzungen seines Ordens in der Mark, vom 31. Dezember 1261.

Nos frater widekinus, domorum militie templi in alemania et flauia preceptor, volumus esse notum cristi fidelibus vniuersis, ad quos peruenerit prefens scriptum, quod accedente fratrum nostrorum consilio et consensu, super controuerfia, que inter Illustrem principem dominum Johannem, nec non inclitum germanum eius dominum ottonem, marchiones brandenburgenses, ex vna parte, et fratres eius (nostros?) atque domum ex altera vertebatur, presentibus domino Jordano, nostri ordinis presbitero, fratre Sifrido de anvord, fratre Frederico de Soltwedel, fratre Henrico de Esbeke, fratre Gerkino prouifore domus in leznitze et multis aliis fidedignis concordauimus cum eisdem marchionibus amicablem et sincere. Recognoscentes et protestantes, dominorum dictorum fratrum nostrorum consilio pariter et voluntate, nos dimisisse eisdem marchionibus opidum (soldin?) cum omni iure, quod in ipso habuimus, insuper et has villas Clöznitz, warnik, Tamprofowe, pudignowe et witze cum earundem terminis et distinctionibus, iuribus et utilitatibus, sicut eas dignoscimur vsque ad hec tempora possedisse. Curiam quoque et stagnum soldin cum CCC^{is} mansis et eorum distinctionibus ex utraque parte aque mizle hucusque habitis, cum omni iure et libertate dimisimus simpliciter Marchionibus antedictis. In restaurum vero bonorum predictorum ipsis libere dimissorum renuntiauerunt marchiones omni actioni et iuri, quod habere videbantur in hiis bonis nostris, videlicet curia Quartzan, tyfcher, willekineldorp, zorbamstorp, boguzlawe, dargumizle, Obran, damme, Carkzowe, Gutilstorp et nywik, conferentes insuper nobis et domui nostre villam culinkze cum aliis villis prenotatis et earundem distinctionibus, de heredum suorum approbatione voluntaria et assensu, cum omni iuris et iudicii integritate et libertate, proprietatis tytulo perpetue possidendos et nullum nobis prorsus in eisdem bonis tedium deinceps facient aut grauamen. Ut igitur premissa dictis Marchionibus et ipsorum heredibus maneant futuris temporibus inconuulsa, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec in Turglowe, anno domini M^o. CC^o. LXII^o., pridie Kal. Januarii, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec, frater Gozwinus de Magdeburg etc.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives C. 4 in quarto Bl. 41. Mit der falschen Jahreszahl 1272 und mit mehreren Lücken und Fehlern bei Gercken Cod. I, 212.